

vt expressè habetur. c. 1. de eo qui duxit, ibiq; earedditur ratio, ne deceptor lucrù ex suo dolo reportet, & docent ibi valuer. Quando autem vterq; contrahens ignorabat, in optione vtriusvis erit, alterum cogere. Quòd iam vterq; ex parte sua cõsentim præbuerit. Et ita docent Innoc. eo. c. 1. fin. & ibi Præpos. fin. Vtrū autem coactio hæc desideret iudicis sententiam vt obliget diximus lib. 4. tota disput. 15.

40 Tria demū obseruanda sunt. Primū est, grauem culpam admitti promittēdo matrimonii post obitum coniugis ineundum. Quia duraturans captandę mortis cõiugis, & ita expressè hos dantes similit̃ fidem peccare grauit, deciditur. c. fin. de eo qui duxit: & subiungitur, illis penitentia iniungendam esse, & tradunt ibi omnes scribentes. Quam simili culpa inuoluetur acceptis. Quimodi promissionē, vt pote qui culpa alterius consensum præbet. Imò eam promissionem irritā esse, tradunt Abbas eo. c. final. nu. 2. & ibi Alexander de Neou n. 4. Anchar. c. super hoc. nu. 2. eo dem. tit. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. §. cū ea autem, verb. decerint. Diuortij, quòd ob eandem rationē nō valeat promissio vacaturi beneficii c. 2. de concess. præb. ergo nec promissio matrimonij carnalis. Et quidē hoc cõstat, quando ex ea promissione consergit impedimentū dirimens. Est enim inter personas inhabiles. At eo nō consergēte potest esse difficultas, cū referatur promissio ad tempus habile. Sed puto non recedendum à prædicta sententia. Quòd ius simili bus pactis resistat, vt caueatur ansa captandę mortis, vt cõstat ex textibus adductis, & ex l. finali. ff. de pactis.

41 Secundum obseruandum est, hoc impedimentum non reddere adulteros sibi fidem dantes, vel matrimonium de factō ineuntes, simpliciter inhabiles ad quoduis aliud matrimonium, sed solum vt inter se illud contrahant, vt expressè habetur cap. ex literarum, in fine, de eo qui duxit, & docent ibi Alexander de Neou, num. 5. D. Bonaventura, 4. d. 37. art. 2. quæst. 2. Maioris 4. d. 35. quæst. 2. paulò post principium. Vgoliouis de sacramentis, vbi de matrim. c. 19. nu. 8.

42 Postremū obseruandum est, hoc impedimentum esse solo iure Ecclesiastico inductum: atq; ita non habere locum inter infideles: nisi speciali lege sit apud ipsos indictum. Quòd nemo negat: cū cõstet

nullam esse illius fundamentum attento solo naturę iure.

43 Maior autem difficultas est, quando alteruterque fidelis erat: aut quando alterum, vt adulterium, vel fides, seu contractus matrimonij de factō, constante altero, præcessit baptismū: alterum autem illum subsequutum est? Et quidē quando alter fidelis erat, vt si infidelis legitimè coniugatus adulteretur cum fidele, vel hic coniugatus sit, & neutrum lateat alterius coniugium, aditq; aut fides matrimonij futuri, aut contractus de præsentī: non videtur dubium quin sit impedimentum dirimens, ne infidelis ille baptismō suscepto possit cū fidele in matrimonium inire. Quia quāuis infidelis nequerit impedimento, hoc ligari ab Ecclesia ligatur tamen fidelis, cū concurrant omnes conditiones petite: & cū matrimonium non possit consistere nisi inter duos, & consequēti, & indire ad ligabitur infidelis. Sicut. c. 1. de conuers. infid. decernitur nō posse consistere matrimonium inter infideles iam baptizatu, & fideles, quādo existens ille infidelis, & hic fidelis, cōmuni consilio coniugē interfecere. Et ita docent Verac. 1. p. Spec. ar. 34. post. 9. cõclusionē, dubio. 3. Vega. 2. to. mo. summa. c. 34. casu. 123. Quando autē inter ipsos infideles alterū ante baptismū contigit, vt promissio matrimonij, vel contractus, alterum verò post, vt adulteriū. Veracruz. d. ar. 34. post. 9. conclus. dubio. 4. Vega. d. casu. 123. & Bartholomæus à Ledesma. dubio. 58. de matrim. fin. fatentur esse impedimentum. Quia sicut satis est promissio matrimonij scientiã coniugij præcedens, modò adulteriū post superueniat. Ita fat erit promissio ante baptismū, subsequēte illū adulterio. In vtroq; enim euentu videntur coniungi virtute priorum verborū. Et cõfirmatur, quia à principio promissio illa non impediēbat, impediuit autē addito adulterio cum matrimonij notitia. Ergo simili modo fides ante baptismum data, quæ tūc matrimonio non obstat, poterit obstatere superuenienti adulterio post baptismum. Secundò, quia machinatio mortis coniugis tempore infidelitatis habita, nocet infideli, ne fidelis factus possit inire matrimonium cū vxore coniugis interfecti. c. 1. de conuers. infidel. Ad dit tamen Verac. ibi cum Abulen. 1. Reg. 8. q. 38. quos sequitur Henriquez lib. 12. de matrim. c. 14. n. 3. sicut exigitur scientia adulteri ad hoc impedimentum, ita quoq; desiderari eius exili-

mationem, vt si duxit infidelis repudiatam ab alio, & legitimo viro, qui repudiaret superlrite, post conuersionem, eam cognoscit, exilimās solū matrimonium repudiò, pro vt infidelitatis tempore credebatur, non erit impedimentum. Quòd desit adulteri exilimatio. Ceterum extimo contra prædictos doctores, nullum creari impedimentum, quando alterutrum horum ante vtriusque contrahentis baptismum contingit. Quia cū neutrum seorsum puniatur ab Ecclesia hæc pœna, sed vtrumque coniunctum, oportet vtrumque contingere tempore habili, nempe, subiectionis delinquentium legibus Ecclesię. Sicut Ecclesia excommunicante percutientem hominē, & ab eodem bona furripientem, ita vt ambo delicta deberent coniugij: illam non contraheret percutiens ante baptismum, & post illud bona rapiens. Item quia dans fidem ante matrimonium, & post illud adulterans non renouata fide, minimè ligatur hoc impedimento: quòd illa tempore inhabili contingerit. At non minus est tempus inhabile, tempus infidelitatis, quando delinquens nullatenus est sub Ecclesię potestate. Et per hæc soluitur prius argumentum, cum sua confirmatiōe. Quia in euentu vtrumque contigit tempore habili. Nec obstat vterius. Quoniam in casu illius textus, alter erat infidelis, vt proxime dixi.

44 Tandem in summam redigendo quæ la rē tota hac disputatione circa hoc impedimentum diximus: ad illud incurrendum desiderantur aliquę conditiones. Prima est, adulterium cum seminis intra yas effusionē. Secunda, vt cum adulterio con-

currat promissio etiam simplex, vt decum ce, futuri matrimonij, aut contractus matrimonij de præsentī, siue adulterium præcedat, siue subsequatur illa, dum modo non sit remissa fides matrimonij, aut matrimonij illud de factō ininum iam dissoluitur, quando adulteriū superuenit. Satis autem est, fide dari aulter de inuēdo matrimonio cum persona, quā quidā tertius designauerit, id id fraudulenter effectū sit, vt ter tūq; ille adulterā designet. Sufficit etiam quāuis matrimonium illud clandestinum sit. At debent esse fides, aut matrimonij, & adulterium eodem coniugio durante. Tertia conditio, vt adulteriū perpetratum sit, sciente vtroq; adultero alterius matrimonij: nec sufficit, licet vterq; adulter eo iugatus sit, & norit propriū coniugium: & excusat ignorantia etiam non probabilis, sed crassa, & supina. Sufficit etiam si fides deatur, aut matrimonium ineatur ante scientiã alterius coniugij, si habita scientia accedat copulata nō sufficit, copula ante scientiam haberi, & post scientiã dari fidem, aut matrimonij de factō iniri. Quarta conditio, vt promissio matrimonij sit externa, quouis fide sit, fictione nō apparente exteriori: & quauis promissio sit condicionalis, nisi conditio sit de præterito, aut præsentī, & nec conditio extiterit, neque tunc extet. Quinta conditio, vt promissio ab altero acceptata sit, quamuis non repro mirtat. Taciturnitas autem eius, cui promissio sit, absq; alio acceptationis signo, nunquam sufficit ad hoc impedimentum incurrendum. Vltima conditio, vt prius matrimonium validum fuerit, quamuis nō sit cõsummatum, & dissoluitur sit quoad thorum per diuortium.

DE IMPEDIMENTO LIGAMINIS.
Secundis nuptijs, Benedictione earum, Bigamia, ac alijs penis ex secundis nuptijs consergentibus.

DISPUTATIO OCTOGESIMA.

An secundę nuptiæ primis non dissolutis, sed consententibus, sint iure naturę interdixt, atq; irritæ?

SVMMARIVM.

Pulchritus vxorum simul est interdixt in lege noua iure diuino, nu. 1.

Confutatur hæresis concedentium pluralitatē vxorum, nu. 2.

Confutatur sententia quosdam Cæterani. n. 3.

Pluralitas virorum simul est contra prima iuris naturae principia n. 4.
 An pluralitas virorum simul sit quoque contra ius naturale, an potius contra peculiarem legis Evangelicæ prohibitionem? Refertur duplex sententia. n. 5. & 6.
 Iuris naturae precepta duplicia sunt. numero 7.
 Explicatur, qualiter pluralitas virorum sit contra ius naturae. n. 8.
 Pontifex nequit in virorum pluralitate dispensare. n. 9.
 An consuetudine possit reddi licita vxorū pluralitas. n. 10.
 Potest Deus in illa dispensare. n. 11.
 Qualiter antiqui patres excusabantur plures ducentes vxores? Et an id liceret vniuerso populo Israelitico? n. 12.
 An ea dispensatio extendatur ad populum Gentilium, ita vt in eo non peccaretur, plures ducento vxores? n. 13.
 An in lege Evangelica cessarit omnino illa dispensatio, ita vt non solum Christianis, sed etiam infidelibus sit illicita vxorum pluralitas? & reddat irritum matrimonium? n. 14.
 An illa dispensatione licitum fieri possit, vt vna vxor pluribus viris nubat? n. 15.
 Satis fit argumentis. Et explicatur. c. obijciuntur 32. q. 4. c. quod proposuisti. 32. q. 7. n. 16.

Per impedimentum ligaminis significatur vinculum prioris matrimonij, quod durante posterius est irritum. Et in hoc impedimento eum ordinem seruabimus. Primum quidem de pluralitate nuptiarum primis consistentibus, aut dissolutis, sermo erit. Deinde in secundarum nuptiarum benedictione. Demum de bigamia, ac penes ciuilibus, quibus secundæ nuptiæ afficiuntur. Præsens ergo dispensatio petit, an posteriores nuptiæ prioribus consistentibus interdictæ sint iure naturæ; atque ita pluralitas coniugum in nullo euentu liceat? Et ea quidem veritas, æquã cartholica præmittenda est, nunc in lege Evangelica prohibitum esse iure diuino plures simul habere vxores. Quod definit Tridentinum sess. 24. de matrimonio. can. 2. his verbis. *Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anatHEMA sit.* Eandem veritatem olim definiuit Innoc. III. e. gaudemus, de diuort. Et esse prohibitum, ita vt posterius matrimonium prio-

ri subsistente sit irritum, & decidit Syriacus Papa in epistola. 1. & Innoc. I. epist. 9. & Alex. III. c. licet, de sponsa duorum. Innoc. III. c. finali, eodem tit. & Nicolaus Papa, & refertur. can. non. 2. q. 3. Et probat Innoc. III. hæc veritatem. d. c. gaudemus, ex testimonio Christi Mat. 19. *Qui vnq; dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationē, & alia duxerit, maritatur.* Vbi Seruator noster volēs restituere matrimonij ad eā reditūdi-nem, & decorem, quæ in prima sui institutione habuit à Deo, sustulit omnino polygamia, quasi primæ vxoris matrimonij institutioni aduersa. Cū enim interdicit, admissa vxore, propter fornicationē, ad alias nuptias transire, à fortiiori transitus, vxore retenta, interdicitur censendus est. Quod idem mochari dicitur, posteriorē ducens, priori dimissa, quia ob adulterium non definit prior esse vera vxor. Cū ergo vxor retenta potiori iure gaudeat vxorio, retinet enim ius ad chorum, & cohabitationem, quo dimissa ob adulterium caret, multo magis, ea retenta, illicitum erit aliam ducere. Præterea, quia Christus, Mat. 19. reuocat matrimonij ad primam suam institutionem, dicens. *Qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam creauit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* At matrimonium in prima sui institutione pluralitatem vxorum simul penitus excludit. Illa enim verba Genes. 2. *Masculum & feminam fecit eos, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna,* aptè significant vnici cū vnica coniunctionem. Quod etiã significauit Christus Mat. 19. quādo, relatis ijs verbis, concludit, *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* Quæ verba indicant matrimonij initio instituti esse dūm esse, coniuges ita vniri, vt vna caro efficiantur. At ex vnici viri cū pluribus vxoribus matrimonio non vna caro, sed multiplex confurgeret, nec tam vnio, quàm diuiso pullularis. Et idē D. Hieronymus D. Anselm. Beda, Theophylact. in eum locum. c. 19. Mat. D. Chrysof. homil. 65. in Mat. idē D. Hier. lib. 1. in Iosianum, D. Ambros. in lib. de viduis, D. Aug. lib. 1. de nuptijs & concupiscentia, cap. 9. docēt, vxorū pluralitatem primæ vxoris matrimonij institutioni aduersari. Quod idē multis testimonijs probat latē Arb. b. i. Theop. c. 1. Itē, quia D. Paulus vbi eunquē de matrimonio loquit, sēper de vxore in numero

fin-

singulari meminit. vt 1. Corinth. 7. *Vni- quisque suam vxorem habeat.* Et alibi sæpe. Tandem, quia si matrimonium consideretur quatenus est legis Euangelicæ Sacramentum, iure diuino cum vnica femina, dum ea superflua est, ineundum est, vt saluetur essentialis significatio huius Sacramenti, nimirum, matrimonij Christi cum Ecclesia, quæ est vnica, ob vnã fidem, & vnũ baptisma, quamuis in ea multi fideles existant.

Hinc confutatur aperta hæresis Lutheri & Anabaptistarum impiè defendentium pluralitatem vxorum. Quam & spurcisimus Mahometus in nefanda sua lege suis sectatoribus concessit.

Secundò deducitur non sine errore posse defendi sententiam Caietani, qui. 1. ad Timoth. 3. paulo post principium, explicans ea verba, *Oporet Episcopum esse vnus vxoris virum,* ait tunc temporis multos habuisse plures vxores: eò quòd nullibi id reperitur interdicitum. Et Marci 10. paulo post principium, explicans ea verba, *Quicumque dimiserit vxorem,* aut legem de vxoris vnitate nullibi in canonicis libris esse scriptam. Et cap. 19. Mat. satis indicat nec explicite, nec implicite extare talē legē in Sacra scriptura: atq; adeò nullam diuinam prohibitionem de vxorum pluralitate esse. Ducitur, quòd locus Matth. 19. ex quo nu. 1. diximus hæc prohibitionem deduci, referatur Marci 10. sic. *Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.* Vbi non absolute dicitur hunc esse adulterum, sed esse talem erga vxorem iniuste dimissam, atque ipsa renitente migrantem ad secundas nuptias. Non ergo ex eo loco concluditur, vxorum pluralitatem in omni euentu esse iure diuino illicitam. Sed hoc argumentum Caietani minime obstat. Tam, quia Innocent. III. cap. gaudemus, de diuort. & ante eum Innoc. I. in epistola 3. ad Exuperium. cap. 6. ex eo loco Matth. 19. hanc vxorum pluralitatem à Christo seruator nostro veritè esse probant. Tūc etiam, quia D. August. lib. 1. de adulter. coniug. cap. 11. & Beda in cap. 10. Marci, ita exponunt ea verba, *Maritatur super eam,* non quòd auferant adulterium, sed quòd duplicem iniustitiam implicent, alteram iniusti repudij vxoris: alteram verò adulterij, alio inito matrimonio, priori vxore superflua.

Potissima autē huius disputationis difficultas eò pertinet, num prohibitio hæc

sit peculiaris legis Euangelicæ, ita vt ante illam nulla existerit lex naturalis, aut diuina positua interdicens coniugum pluralitatem? Et quidem vniuersi fatentur pluralitatem virorum respectu vnus vxoris interdiciam iure naturali prorsus esse: atque id matrimonium cum alijs præter primum virum eodem iure irritari. Quòd aduerfetur primario matrimonij finituncertam enim erit proles: Impediaturq; generatio ex plurium virorum commissione: aut enim nunquam, aut rariùs subsequetur. Vt in meretricibus experientia testatur. Insuper aduersatur etiam fini secundario. Nam domesticæ societas, & communicatio operarum, quæ ad vitam tuendam desiderantur, minimè obtinebuntur, vbi multa capita vnus corporis sunt, nempe, multi viri in eadem familia. Quare licet multi serui sint commodè vnus domini, at nullus seruus potest commodè multis dominis subijci, ac illis inferuire. Vt testatur Christus Matth. 6. nec id matrimonium tuendæ paci deseruiet, sed innumeras exciabit rixas, quas vnica vxor tanquam subdita sedare nequibit. Quibus rationibus. D. August. lib. 3. de doctrina Christi. cap. 12. & lib. de bono coniugali. cap. 17. veritatem hanc comprobant: atque Sanctorum patrum Veteris Testamenti exemplo, cum quibus sæpè in Sacris literis dispensatum legitur, vt plures vxores ducerent; cū tamē nullibi habeatur permissio, vt vnica vxor pluribus viris nubat. Idemq; probat D. Thom. 4. d. 3. q. 1. art. 1. ad 7. quem vniuersi sequuntur.

At num idem dicendum sit de pluralitate vxorum respectu vnus viri, non conuenit inter omnes. Quidam enim eam nec iure naturali, nec diuino antiquo positu eã prohibita esse censent. Ducitur primò, quod vxorum pluralitas nõ aduersetur primario matrimonij fini, sed illum optimè assequatur. Cū vnus vir multis fecundandis mulieribus, earumq; liberis educandis sufficiens sit. Quj primarius est matrimonij finis. Et confirmatur, quia secundario matrimonij fini, nimirum, tranquilla coniugum cohabitationi, non obstat per se hæc vxorū pluralitas, sed ipsarum malitia, ac proteruitia. Quippè vnica vxor contentiosa iurgia excitat, tranquillitatemq; domus perturbat: quæ tamen plures pacificæ conferunt. At que per accidēs, ac ex malitia eueniunt, attendenda minimè sunt, nec sub artem cadunt. Et confirmatur secundò, quia secundarius finis cedit primario id petēti.

II Quan-

Quando ergo generatio prolis, ac eius multiplicatio, qui finis primarius est, petit vxorum pluralitatem, quod prima sterilis fit; ea non repugnabit iuri naturæ, quamuis secundarius finis non ita perfectè comparet. Et tertiò confirmatur, quod vniuersæ opere ad domesticam gubernationem spectantes, melius per virum, quam per mulierem præitari possint. Quod docuit. D. Aug. explicans ea verba Genes. 2. *Faciamus ei adiutorium*. Atque idem tradit. D. Thom. 1. p. q. 92. art. 1. corpore, docens feminam formatam esse non in adiutorium alicuius operis, cum ad quodlibet opus conuenientius iurari possit vir per alium virum, sed in adiutorii generationis. Secundo principaliter probatur hæc sententia. Quia. D. Aug. lib. v. nico de bono coniugali, cap. finali, in principio, expressè docet antiquis Patribus illicitam non fuisse vxorum pluralitatem. Cum nec contra naturam id efficerent: eò quod non causa libidinis, sed prolis multiplicandæ ducèbatur: neque contra legem, nec contra morem. Quia eo tempore prohibita non erat. Et confirmatur, quia idem. D. Aug. lib. 22. contra Faustam. c. 47. & 48. & refertur. c. obijciuntur. 32. q. 4. excusat Iacob qui quaerit vxores duxit, ratione consuetudinis, libi. *Quando mos erat, crimen non erat*. Vbi Glossa. verb. crimen, inde infert consuetudinem aliquando à culpa excusare. Et Iosephus lib. 17. de antiquit. c. 1. asseruat Iudæis more maiorum licuisse simul plures vxores habere. At consuetudo non potest prævalere aduersus ius diuinum, aut naturale, sed aduersus solum ius humanum. c. finali, de consuetud. Atque. D. Thom. 4. d. 33. q. 1. art. 1. ad 1. fatetur consuetudinem posse ab hac vxorum pluralitate excusare. Tertiò, quia idem. D. Aug. lib. 1. de nuptijs. c. 9. & lib. de bono viduitatis. c. 7. ex Concilio Coloniensi tractatu de matrim. cap. incipienti, Ceteram nec naturæ, clarè probat virorum pluralitatem naturæ matrimonij aduersari, non autem vxorum multitudinem. Quod vir caput sit, ac principem in familia locum obtineat, femina autem sit subdita. At ea principij, & dominantis natura est, vt singularitatem amet, secus autem est de subiecti natura. Vt in corpore animato multi pedes sunt, at vnus semper caput. Et gubernationi domesticæ plures dominos vni seruo præesse valde obstat, non tamen plures seruos vni domino subijci. Quartò, quia. D. Hieronymus Epistola ad Oceanum manifestè sentire videtur, antiquitas nulla lege interdiciam esse polygamiam. Quod idem tradit. D. Aug. lib. 3. de doctrina Christiana. cap. 12. & lib. 16. de Ciuit. Dei. cap. 38. Quintò, quia Greg. III. epistola 4. ad Bonificiũ, & refertur. c. quod proposuisti. 32. q. 7. vxorem secundam ducere concessit cuidam ob primæ ægritudinem. Quam dispensationem cõcedere non quisset, si hoc iuri naturæ aduersaretur. Sextò, quia creditu difficillimum est plurimas Gètes lumine, ac ratione naturali destitutas esse, apud quas vxorum pluralitas permittebatur. Quas vltra Tiraquellum. l. 7. cõnubiæ. li. 1. num. 16. & Alexandrum ab Alexandris lib. 1. dierum genialium. c. 24. late refert Menochius de arbitrijs, lib. 2. centuria. 5. casu 410. à. num. 72. Imò Valentinianus senior (vt refert Socrates lib. 4. suæ historiæ. c. 31.) legem tulit, vt cuiuslibet plures vxores ducere liceret. Et Iulius Cæsar teste Suetonio in eius vita. c. 52. hæc etiam promulgari legem iussit. Et confirmatur, quia viri sanctissimi in Veteri lege plures simul vxores habuerunt. Vt Abrahamus. Sara, & Agar, Genes. 6. Iacob Liam, & Rachel, Balam, & Zelpham, Genes. 29. & 30. Helcana Annam, & Phenennam. 1. Regum. 1. Moyse Mariam, & Ethiopissam, Numer. 12. nec de dispensatione diuina constat. Septimò, quia si licet vxori in totum iure suo cedere, consensum præstans vt vir profiteatur. Cur non licebit attentò solo naturæ iure, sibi in parte præiudicare, consentiens vt alia simul vxores potestatem corporis viri sui habeant, legitimo cum eis matrimonio inito? Et id eò huius sententiæ sunt, Durandus. 4. d. 33. q. 1. nu. 9. & 10. Gerfon. 2. p. in regulis moralibus, vbi de matrim. alphabeto 125. litera I. Caietanus. c. 16. in Genesim, paulò post principium. Abulensis. 1. Regum. 8. q. 25. & c. 19. Matthæi. q. 20. in solutione ad 2. & q. 33. corp. & ad 1. Metina lib. 4. de sacrorum hominum continentia, cõtoruersa. 1. toto. c. 9. Veracruz 2. p. Speculi, art. 15. concl. 1. & 2. Palacios 4. d. 33. disput. 1. columna 16. folio 732. Atque id non esse contra ius naturæ, benè tamen cõtra diuinum positum vetus, affirmat quamuis suboscure, Scotus 4. d. 33. q. 2. art. 2. & ibi Supplementum Gabrielis. q. 1. art. 2. sine.

Alij sunt in alio extremo, opinantur es polygamiam ad eò iure naturæ interdiciam esse, vt pugnet cum coniugij veritate, ita vt

nullo

nullo modo possit verum coniugium initi cum secunda vxore. Probatur, quia matrimonium consistere nequit absque mutua corporum traditione, at omninò repugnat rem vni traditam alteri tradi. Et confirmatur, quia. 1. Corinth. 7. sic dicitur. *Mulier suis corporis potestatem non habet, sed vir, sicut & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*. Vbi vir & mulier æquiparantur quoad mutua corporum potestatem tradendam. Sicut ergo naturæ matrimonij prorsus repugnat, mulierem non ita in solidum tradere sui corporis potestatem vni viro, vt eo supersite ea possit alteri viro tradi: (vt. nu. 4. probauimus,) ita similiter repugnabit, ne omninò, & in solidum tradat vir eam sui corporis potestatem vxori, vt integrum illi sit alij simul vxori eam tradere. Secundo, quia si mulier non tradat in solidum sui corporis potestatem viro, non erit legitimum matrimonium. At cum cõtractus hic sit reciprocus, & vtriusque equalis, non censetur eam tradere mulier, nisi vir similiter tradat. Tertiò, quia per matrimonium se obligat vir ad reddendũ debitum vxori, quotiescunq; illa petierit. Quod vtique præstare nequiret, si salua matrimonij substantia posset se cum pluribus vxoribus copulare. Si enim simul eæ peterent, eis satisficere minime posset. Quarto, quia cõtra primũ iuris naturæ principium est, vt vir erga vxorem id faciat, quod erga se ab vxore fieri, merito ac iure optimo recusat. Cum ergo meritò renuat vxorem alij viro nubere, contra prima naturæ principia erit, vt ipse possit vxorem aliam simul habere. Tandem quoniam id quod in prima sui institutione matrimonium sortitum est, illud natura dicente, videtur ita esse de iure naturæ, vt absque illo coniugij essentia consistere nequeat. At in prima matrimonij institutione tantum licebat vxoris vnitas. (vt. n. 1. probauimus.) Et id eò hanc sententiam tunc Aureolus relatus à Capreolo. 4. d. 33. q. 1. art. 2. Et videtur tenere Victoria refectione de matrim. priori parte partis primæ. nu. 4. vbi ait essentiam matrimonij petere obligationem mutua certum viri, & certæ femina, quamuis non declaret quid per hæc intelligat. Eandem videtur tenere Menochius de arbitrijs, lib. 2. cõturia. 5. casu. 420. à. nu. 46. rationes enim quibus vtitur ad probandum pluralitatem vxorum aduersari iuri naturæ, clarè hæc partem probant. Eiusdem videtur Petrus Ledesma de matrim. q. 66. art. 1. conclusio.

2. & duplici sequenti, vbi probat ita pluralitatem vxorum esse contra ius naturæ, vt sit etiã contra primariũ matrimonij finem. Ceterum vt quid tenendum sit explicem, præmitendum est, duplicia esse præcepta ad ius naturæ pertinentia. Quædam vniuersalia, quæ sunt velut prima principia iuris naturæ, quæ certissimam, ac inuolabilem reatitudinis regulã continent: ac proinde in ea nulla cadit dispensatio. Vt sunt præcepta Decalogi. Alia verò sunt quæ ex primis principijs, tanquam conclusiones deriuantur, quæ quidem licet reatitudinis regulam continent, non tamen ita inuolabile, quin ab ipso naturæ authore propter aliquas circumstantias mutari valeant.

Hoc præmissis, media sententia inter duas extremas. num. 5. & 6. relatas, amplectenda est, & dicendum polygamiam vnus viri cum pluribus vxoribus non esse omninò contra ius naturæ: atque ad eò non esse contra prima, ac vniuersalia eius principia: sed aliquo modo aduersari iuri naturæ, qua tenet est contra conclusiones ab ipsis primis principijs deriuatas: eò quod non repugnet matrimonij naturæ, nec primario eius fini: sed non satis cum matrimonio congruat, si omnes illius fines spectemus: atque proinde matrimonium illud cum alia vxore in iure prioris supersite, esse attetò ipso naturæ iure nullum. Priorem partem probat argumentum primũ. nu. 5. relatu. Præterea, quia aliàs Deus non posset dispensare circa vxorum pluralitatem. Cuius contrarium. nu. 11. ostendimus. Posterior verò pars inde suadetur. Quod vxor pluralitas aduersetur secundario matrimonij fini, nimirum, tranquillæ, ac pacificæ cohabitatori coniugum, ac gubernationi domesticæ: qui finis est secundarius. (vt testatur Philosophus. 8. Eth. c. 9.) Vxor enim non subditur viro vt famula, sed vt sociã, & collateralis, ac in domestica gubernatione principatum tenens. (vt subius probat. D. Chrysof. homilia 10. in epistolam ad Ephes. D. Tho. 1. p. q. 92. art. 3.) At omnis principatus quod pax seruetur, suapte naturæ singularitatem amat. (vt docet. D. Aug. lib. de bono coniug. c. 17.) Et id eò non est simile de subiectione, qua plures serui vni domino subduntur. Et confirmatur, quia pax nequit esse in familia in eo cõuetu. Tum quia facillimò negotio inuidiæ, & rixæ inter vxores illas pullulabunt: & id maxime, si vna præ alijs à viro diligatur. Tum etiã, quia participatio pluri in eodem officio

Ii 2 lites

lites non modicas affert. Vnde vulgare proverbiu emanauit. *Qui est tu enimigo, sino ei que es de tu officio.* Cuius rei singulare testimonium est, inter sanctas etiam foeminas eidem viro coniugatas, huiusmodi rixas lubertas esse. Sicut de Sara, & Agar, Lia, & Raehel, sacra litera commemorant, Genesi. 16. & 30. Et de Anna, & Phoenenna. 1. Regum 1. Cuius etiam rei testimonium non medioere est, responsum Socrati, qui (vt tradit Aulus Gellius lib. 1. noctium Atticarum. cap. 17.) admiranti Alcibiadi, quod duas ferret domi vxores, respondit. *Haec domi docent tolerantiam qua in publico venduntur.* Atq; Euripides qui pariter duas vxores habuit, dicebat in Andromache, teste eodem Aulo Gellio lib. 15. noctium Atticarum. cap. 20.

Nunquam duplicia connubia collanda vero mortalium.

Neq; binas matres habentes liberos.

Rixas quidem domorum, tristesq; offensas.

Neq; id per accidens, sed ex natura rei oritur, attentio foeminarum natiu ingenio, & amore, quo vror viru prosequitur. Non enim fert amor consortium in re amata. Imò de contra raro, & ex foeminarum bonitate accideret has rixas non oriri. Cum multitudine vxorum eas afferat. Ars autem sicut & lex ea, quae raro accidunt minime spectat, sed quae frequenter, & in plurimum. In nam ad ea. ff. de legibus. Et confirmatur amplius, quia quaedam opera sunt in domestica gubernatione propria vxoris & alia propria viri, teste Arist. 3. Oeconom. Vnde. D. Thom. 1. p. q. 92. art. 2. corpore, aif foeminam formatam esse in adiutorium viri, quoad domestica gubernatione. Quod latius ibi explicat Caiet. Secundo, quia vxorum pluralitas aduerfatur alij fini secundario matrimonij, nempe, quatenus est in remedio concupiscentiae. Non enim vir poterit satisfacere concupiscentiae plurium vxorum. Et contingit illas simul debitum petere, & cum vir nequeat illis correspondere, periclitabitur contentia illius, cui debitum negatur. Tertio, quia Innoc. III. c. gaudemus, de diuort. ait nulli vnquam licuisse absq; diuina dispensatione plures simul habere vxores. Atq; D. Chrysofost. homilia 56. in. cap. 30. Genes. docet consuetudinem habendi plures vxores fuisse iniquam citra diuinam dispensationem. At si sola lege humana prohibita, aut nulla, consuetudo praualeret, nec diuina dispensatione opus esset. Et

confirmatur, quia si sola lege euangelica positua esset interdicta haec vxorum pluralitas, minime ligaret infideles: ac proinde illis licita nunc esset. Cum ante susceptionem baptismi, paucularibus populis Christiani legibus minime astringitur. Cuius tamen contrarium decidit Innoc. III. d. c. gaudemus, dicens infideles pluribus vxoribus coniugatos, cum sola prima debere post baptismum remanere. Si enim ea matrimonia essent legitima, non dissoluerentur per baptismum. Vt constat ex eodem. c. gaudemus, & c. quanto. de diuort. Tandem, quia nec lege ciuili apud Ethnicos, vnquam permisa fuit vxorum pluralitas, tanquam rationi naturali aduerfa. (vt late probat Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria. 5. casu 420. num. 89.) & sequentibus. (Imò reiecta fuit lex, quae iussu Cai Caesaris scripta est, eam permitens, teste Suetonio in Iulij Caesaris vita. c. 52. Et ideo hanc sententia sustinet. D. Th. 4. d. 33. q. 1. art. 1. corpore, & ad 1. 6. & 9. & art. 2. corp. Ricardus ibi, art. 1. q. 1. Palud. q. 1. art. 1. num. 9. Capreolus q. 1. art. 1. conclusio. 1. Deza. q. 1. art. 3. notabili. 1. Sotus. q. 1. toto art. 1. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 10. §. 1. Dried. lib. 1. de libert. Christiana. c. finali, paulo post principium. Catherinus lib. 5. contra Caiet. c. de matrimonio. Ferrara. 3. contra Gentes. cap. 124. Couar. 4. decret. 1. p. cap. 7. §. 3. num. 1. & 2. Ledesma 2. p. 4. q. 67. art. 1. Viguerius lib. institutionum cap. 16. §. 7. verb. 12. Corduba in suo questionario, lib. 4. q. 3. dubio 2. Angles floribus 1. par. de matrim. q. 7. art. 1. in principio, ex prima vsq; ad 4. conclusio. Bellarminius lib. 1. de matrim. cap. 11. propositione 2. Valentia. 4. p. disput. 10. q. 1. puncto 3. columna 3. verf. quintò. Pereira in cap. 16. Genes. sis, disput. 1. nu. 22. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. num. 1. Celaia. 4. d. 33. q. 1. Ludouicus Lopez 2. p. instr. d. 11. vbi de matrim. c. 56. Bartholomaeus à Ledesma dubio 72. de matrim. quatuor primis conclusionibus. Maioris. 4. d. 33. q. 1.

Hinc deducitur nullatenus posse Pontificem in hac vxorum pluralitate dispensare. Quòd tum lege naturali, tum etiam lege Christi ob veram Sacrameti significationem interdicta sit. (Sicut probauimus. 1.) Constat ex. cap. gaudemus, de diuort. vbi eam nunquam licuisse citra diuinam dispensationem deciditur. Atq; ita docent. D. Thom. 4. d. 33. q. 1. art. 2. corpore, & ibi Durandus. q. 1. num. 11. Ri-

cardus

cardus art. 1. q. 2. Palud. q. 1. art. 1. num. 17. Supplementum Gabrieli q. 1. art. 2. conclusio. 6. & 8. Maioris, q. 1. in argumento contra 3. conclusionem. Capreolus q. 1. art. 3. in solutione ad 1. Aureoli. Deza. q. 1. art. 3. notabili. 1. Abulenfis cap. 19. Matth. q. 36. Driedo lib. 1. de libert. Christiana cap. 1. vltimo, fine. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 10. §. 2. Sotus. 4. d. 33. q. 1. art. 2. columna 10. conclusio. 4. Ledesma 2. p. 4. q. 67. art. 2. columna antepenultima. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 3. num. 1. Ferrara 3. contra Gentes cap. 124. Bellarminius lib. 1. de matrim. cap. 11. propositione 1. Angles floribus 1. p. vbi de matrim. q. 7. art. 1. diff. 5. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. num. 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 65. art. 2. dubio 1. conclusio. 5. & dubio 4. conclusio. Bartholomaeus à Ledesma dubio 72. de matrim. conclusio. 5. Palacios 4. d. 33. disput. 1. columna 17. Nec audiendi sunt aliqui, quos tacito nomine refer Durandus proximè allegatus dicentes posse Pontificem dispensare: atq; id falltem non esse contra rationem.

Secundo deducitur, nulla consuetudine effici posse licitam hanc vxorum pluralitatem. Quòd consuetudo praualere nequeat aduersus ius naturale, & diuinum posituum, sed solum contra humanum, cap. finali, de consuetudo. Sic tradunt. D. Antonius, & Driedo. num. praecedenti allegati. Sotus 4. d. 33. q. 1. art. 2. columna 8. verf. & per hoc diluuntur. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 3. nu. 1.

Tertio deducitur, posse Deum dispensare in hac vxorum pluralitate. Quia nulla inuenitur repugnantia: nec est contra prima iuris naturae principia. Idq; amplius constat ex dicendis. numer. sequenti.

Quarto deducitur, veteres patres legis antiquae pluribus vxoribus coniugatos, culpa immunes fuisse, eo quòd Deus cum illis dispensaret. Quod asserit Innocenc. III. cap. gaudemus, de diuort. Atq; multis relatis, & explosa eorum sententia, qui dicunt nunquam licuisse vxorum pluralitatem, sed permittam fuisse tanquam minus malam, probat late Bellarminius lib. 1. de matrim. toto. cap. 11. Hae autem dispensatio non concessa est externa aliqua scriptura, aut loquutione, sed inspiratione interna facta Patriarchis, quae deriuata est vi exempli, & consuetudinis ad reliquos ex populo Israelitico, ac proinde omnibus

illis pluralitas vxorum licebat. Quod tanquam notum supponitur Deuteron. 10. ibi. *Si habuerit homo duas vxores.* Et ita docent. D. Thom. 4. d. 33. q. 1. art. 2. corpore, & ibi. D. Bonau. art. 1. q. 3. Ricardus art. 1. q. 2. Supplementum Gabrieli q. 1. art. 3. pubio 1. Capreolus q. 1. art. 3. in solutione ad 4. Durandus. Sotus q. 1. art. 2. columna 7. verf. sed dubitatur. Ledesma 2. p. 4. q. 67. art. 2. Bellarm. d. cap. 11. propositione 3. & 4. Valentia. 4. p. disput. 10. q. 1. puncto 3. columna 3.

Et quidem satis probabile est, eam dispensationem extensam esse ad populum Gentium, atq; ita eis antiquitus fuisse licitam vxorum pluralitatem. Idq; docere videtur. D. August. lib. 22. contra Faustum cap. 47. Et dicunt esse probabile, Bellarminius lib. 1. de matrim. cap. 11. propositione. 6. Ledesma 2. p. 4. q. 67. art. 2. Valentia 4. p. disput. 10. q. 1. puncto 3. columna 4. At probabilis est, non esse extensam. Quòd in eo ratio dispensationis non militaret, nempe, fidelis populi multiplicatio. Quare nisi ignoranta excusarentur, peccati rei erant Gentes polygamia vtentes. Atq; ita docent Sotus 4. d. 33. q. 1. art. 2. columna 7. verf. longè tamen. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 7. art. 1. difficultate 3. Enriquez lib. de matrim. cap. 6. num. 2. & lib. 11. cap. 2. num. 3. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dubio 72. conclusio. 6.

Ceterum iam in lege euangelica eiusmodi dispensatio cassata est à Christo seruatoris nostro, quando Matth. 19. reduxit matrimoniu ad primæuum statum, in quo vnica vxor licebat (vt. num. 1. probauimus.) Quare nullis fidelibus, nec infidelibus licita est hodie polygamia, & dum infideles baptismum susceperint, cogendi sunt ad primam vxorem legitimam redire, separandi, sunt ab alijs matrimonijs ea supprelitate initis, tanquam ab omnino irritis. Quod expresse decidit Innocenc. III. cap. gaudemus, de diuort. Quia lege naturali, qua omnes etiam infideles astringuntur, id matrimonium erat irritum: & ex sola Dei dispensatione valebat. (vt constat ex distis. num. 8. & 12.) cassata ergo dispensatione per Christum, iam matrimonium illud manebit in terminis iuris naturae irritum. Itaq; non dico esse irritum respectu infidelium, propter legem posituam Christianae enim non obligat infideles ante susceptum baptismum: sed propter ius diuinum

Ii 3 naturale

naturale id irritans, ad quod sublata dispensatione per Christum, reductum est matrimonium. Et ita nunc minimè licere in se delibus polygamiam, & secundas nuptias esse irritas, docent Sotus 4. d. 33. q. 1. art. 2. columna 9. conclus. 3. Bellarminius lib. 1. de mat. im. c. 11. ad finem. Valentia 4. p. disput. 10. q. 1. puncto 3. columna 4. Enriquez lib. 11. de mat. im. c. 2. nu. 3. in commento, litera M. & lib. 12. cap. 6. nu. 2. Ledesma 2. p. 4. q. 67. art. 2. columna antepenultima. Veracruz 2. p. Speculi, art. 18. conclus. 2. Petrus de Ledesma de mat. im. q. 63. art. 2. dubio 3. conclusio 5. Quare tolerandum non est quod dicit Abulensis, cap. 19. Matth. q. 35. paulò post principium, ubi ait posse sustineri, in se delibus nunc non peccare accipiendo plures uxores. Et ad cap. gaudemus, de diuort. respondet, cogi infideles demittere posteriori uxorem, quado ad fidem veniunt, non quòd peccarint accipiendo, sed retinendo: cum iam legi Christi subiecti sint. Verùm hæc euasio ex eo confunditur, quòd baptismus non soluat coniugia. Vt habetur eo. cap. gaudemus, & c. quanto, de diuort. Atq; minùs tolerari debet Veracruz 2. p. Speculi, art. 17. conclus. 5. dicens esse valde probabile, infideles non delinquere plures nunc ducendo uxores. Quòd sola lege positua Christi ipsos non obliganti ante baptismum interdicitur. Quod est contra expressam Innocentij III. decisionem. d. c. gaudemus. Quare meritò Enriquez id erroneum appellat: & Petrus de Ledesma temerarium, ac errori proximum.

15 Vltimò deducitur, quid in ea questione sentiendum sit. An Deus possit dispensare, vt vna vxor pluribus viris nubat? Communiter enim tradunt Doctores in id non cadere dispensationem. Et Bellarminius lib. 1. de mat. im. cap. 11. post secundam propositionem, expressit nec Deum posse dispensare: eò quòd sit contra prima principia iuris naturæ. Verùm nullam video repugnantiam, nec hoc ita intrinsecè malum esse, quin Deus possit dispensare. Quod docent Maioris 4. d. 33. q. 1. in 1. argumento contra primam conclusionem. Et latius probans Petrus de Ledesma de mat. im. q. 63. art. 2. dubio 2. conclus. 2.

16 Ad argumentum nu. 5. proposita respondetur. Ad 1. Argumentum dic illud probare non esse vxorum pluralitatem contra prima iuris naturæ principia. Quod nu.

8. falsi sumus. Ad 1. confirmationem constat ex dictis. num. 8. ubi probaui oriri per se. Ad 2. confirm. dic tunc non semper eedere finem secundarium, sed solum dispensante eo, cuius est in illo præcepto dispensare, qui in præsentis est solus Deus. Ad 3. confirm. constat etiam ex dictis. nu. 8. ubi probauimus quodam opera domestica feminis peculiaria esse & in adiutorium viri ad ea præstanda formatam esse mulierem. Et D. Aug. ac. D. Tho. loquuntur de femina, & viro absolutè. (vt explicat. Cáter. eo art. 1. fine) nam omnia opera domestica possunt ita bene, ac melius per alium virum exerceri. At compatando vxorem ad virum, ad quædam aptior est vxor, imò de decent virum: & melius præstantur per vxorem propter arcum amicitia cum marito vinculum, quàm per alium virum. Ad 2. principale, & confirmationem, dic ea testimonia intelligi supposita diuina dispensatione: quæ consuetudinem illà licitã reddebat, & afficiebat nõ esse contra legè. Et ita D. Agu. ibi non dixit, quia mos erat, peccatum non erat. Sed quando mos erat: quasi mos non sit causa, sed diuina dispensationem excusans. Et quãuis mox subdat: nunc quia mos non est, crimen est: intelligitur iuxta præmissa. Quia non est mos diuina dispensatione approbatus. Ad 3. dic mentem. D. August. solum esse, non ita iuri naturæ aduersari pluralitatem vxorum, ac pluralitatem virorum. Et ad similitudinem adductam de feruis, constat ex dictis. nu. 8. Ad 4. dic, sicut dixi ad 2. Ad 5. dic cum Glossa eo c. proposuisti. verb. nubat: Soto 4. d. 33. q. 1. art. 2. in fine corporis. Menochio de arbitrar. lib. 2. centuria. 5. casu 420. num. 95. Bellarminius lib. 1. de mat. im. cap. 11. fine, & lib. 4. de Pontifice. c. 12. columna 1. priorem non fuisse legitimam vxorem ob impedimentum perpetuum: idq; solum declarasse Pontificem. Quòd si obijcias, non videri iudicari prius matrimonium nullum: cum dicat non debere virum à priori vxori debitum subsidium auferre. dic cum Glossa eo verb. nubat, intelligi de dote restituenda: aut si de alio subsidio accipiatur, esse consilium. Ad 6. dic, id nõ esse mirum, sicut aberrarunt colèdo deos falsos. Ad confirmationem constat ex dictis. nu. 12. Ad vltimum dic. posse quempiam iuri suo renunciare, quado nulla alia ratio prohibitionis adest, præter alterius præiudicium: vt contingit in negatione debiti. Secus ubi aliud eoritur prohibitio:

vt contingit hic. Plures enim habere uxores est illicitum, non ob iniuriam vxori illatam, sed quia est contra rectæ rationis dictamen, ac finem secundarium matrimonij. Ad primum argumentum ex propositis num. 6. dic, posse virum tradere sui corporis potestatem vxori, salua matrimonij essentia, non omninò in solidum, ita vt simpliciter vni soli mulieri tradatur, ita vt non possit alteri tradi ad similes generationis actus: sed sufficere ad matrimonij veritatem, tradere quantum satis est ad liberorum procreationem. Ad confirmationem dic, virum non habere potestatem sui corporis, in quantum eam tradit vxori. Vel loquitur, vt contingit de facto in matrimonio post legem Evangelicam, in quo est natura, ac æqualis traditio vtrinq; in solidum. Non tamen ex natura rei simpliciter vtrumq; repugnat. Ad secundum dic, de facto rem iam lic se habere. At sic non se haberet Deo dispensante in vxorù pluralitate. Sed necessario, vt verum consisteret matrimonium, deberet mulier totam sui corporis potestatem tradere viro: nec

iure vellet similiter virum ei in solidum potestatem tradere, sed quatenus solum procreatio petit. Ad tertium dic, cum D. Thom. 4. distinct. 33. quæst. 1. art. 1. ad 6. si attendamus finem matrimonij primum, id non petere, vt vir reddat debitum vxori, quociescunq; illa petierit, sed quantum sufficit ad concipiendum. At id postulat, quoad finem ipsius secundarium, qui est concupiscentia mederi, cauendo fornicationis periculum. Et idè duces plures non se obligat ad impossibile, attentò primario matrimonij fine. Ad quartum dic, esse contra prima iuris naturæ principia, vt quis erga alterum efficiat, quod erga se fieri non vult, seruata proportione. Nõ enim si prælatus vult ne subditus ei resistat, sed obediat, debet similiter velle non resistere subdito, & ei obedire. At non est eadem proportio. Vt constat ex dictis num. 1. & 8. Ad vltimum dic, cum natura humana omni de se actu vacans instituta sit, non solum esse ei indita illa, sine quib' primarius matrimonij finis obtineri nequit, sed etiã sine quibus secundarius difficilè obtinetur.

DISP. OCTOGESIMAPRIMA.

An secundæ, & vteriores nuptiæ prioribus morte alterius coniugis dissolutis, licitæ sint?

SVMMARIVM.

Refertur quedam hæresis. num. 1. Secundæ & vteriores nuptiæ prioribus dissolutis licitæ sunt, ac verum sacramentum. num. 2. Qualis certitudo mortis prioris coniugis desideretur ad transiendum ad alias nuptias? Et an liceat illis contractis ante positam certitudinem mortis, petere, & reddere? Remissio. num. 3. Soluuntur argumenta, Et explicantur. cap. quomodo. cap. de his. cap. hac ratione. 31. quæst. 1. num. 4.

Quidam hæretici secundas, & vteriores nuptias etiam prioribus morte alterius coniugis dissolutis damnant. Ita Montanus, & Cataphrygæ teste. D. Augustino lib. de hæresibus. cap. 26. & Cathari, teste eodem. cap. 38. Atque in eodem errore fuit Tertullianus libro de monogamia, teste eodem. D. August. ibidem. cap.

86. Eandem hæresim videntur Nouatiani, vt constat ex concilio Niceno, canone 8. Et probant. 1. ex D. Ambrosio. 1. Corinth. 7. ubi secundas nuptias affirmat minimè esse bonas. Et Author operis imperfecti (quod à quibusdam D. Chrysostomo tribuitur) homilia 32. in Matthe. & refertur. cap. hac ratione. 31. quæst. 1. Eas fornicationem appellat. Et D. Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum, & refertur. cap. quomodo. 31. quæst. 1. Eas expressè damnat. Et lib. 2. contra eundem multa in secundas nuptias congescit. Secundò, quia in concilio Neocæsariensi. cap. 3. & 7. & refertur cap. de his. 31. quæst. 1. & in concilio Laodiceno, can. 1. inuentibus secundum matrimonium imponitur penitentia. Tertio, quia Ecclesia statuit transientes ad secundas nuptias esse bigamos, eosque ab ordinibus suscipiendis expellit. Vt constat ex toto tit. de bigamis: ac in aliquo euetu denegat secundis nuptijs benedictionem. cap. 1. & cap. vir, de secund. nupt. Quod ini

quam foret, si licita essent. Quarta, quia ea non perfecte significat coniunctionem Christi cum Ecclesia. Et ideo defectu Sacramenti inducunt bigamiam, & debitum, de bigamis. Non ergo sunt Sacramentum. Tandem, quia multae leges editae sunt diuersas statuente penas transeuntibus ad secundas nuptias, in odium illarum: nempe, l. foeminae, generaliter, l. si quis prioris, §. in illo, l. hac edita, l. in principio, authentic. ex testamento. C. de secund. nuptijs, & multae aliae. Et quam apud ipsos etiam Ethnicos fides lumine destitutas, odiosae fuerint, ac abominabiles, constat ex multis per Tiraquellum adductis, l. boues §. hoc sermone, in principio, num. 143. & multis sequentibus, ff. de verbor. significat. Sunt ergo illicitae.

2. At veritas catholica est, binas, trinas, quarternas, & vltiores nuptias, prioribus dissolutis, licitas esse, ac verum Sacramentum. Prior pars, nimirum, esse licitas, constat ex cap. 7. ad Roman. Quae sub viro est mulier, obligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et 1. Corinth. 7. si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubere. Quem locum expendit, D. August. lib. de bono viduuli, cap. 12. animaduertit non dixisse D. Paulum, si dormierit primus vir, aut secundus, aut tertius, sed indefinitum. Et 1. ad Timot. 5. loquens, D. Paulus de viduis voto castitatis minimè astrictis, ait: *Volo iuniores nubere.* Et concilium Nicenum cap. 8. petiit Nouatianis redeuntibus ad Ecclesiam, vt fateantur se communicatos cum his, qui ad secundas nuptias transierunt. Et concilium Florentinum in Armenorum instructione, secundas, & quasvis alias vltiores nuptias approbat. Et cap. 1. & cap. vir, de secund. nuptijs, eas licitas esse supponitur, & tantum illis denegatur benedictio, quando saltem alteri coniugi in priori matrimonio impertita est, ne repetita in vilipendium eat. Et vniuersalis Ecclesiae consuetudo eas approbat. Atque ex sanctis patribus D. August. lib. 2. contra aduersarium legum. cap. 11. Et 1. Corinth. 3. relatus cap. penultimo, & cap. finali. 31. q. 1. Et lib. 1. c. de ciuit. Del. cap. 34. D. Hieronymus in Apologetico contra Iouinianum, & refertur, cap. aperiant. 31. quaest. 1. Et Epistola 11. ad Agerunchiam. cap. 3. D. Chrysof. homilia 20. in epistola ad Ephesios. Et probatur hac ratione, quia cum pri-

mae nuptiae morte penitus dissolutae sint, nullum possunt alijs legitime in eundem impedimentum praestare. Id etiam constat ex primo matrimonio sine, nimirum, sobolis procreatione, fieri enim potest, vt prius matrimonium ea careat. Et ex alio matrimonio sine, qui est ardorem concupiscentiae temperare: feruentior enim esse solet in viduis, ob copulae consuetudinem. Tandem probatur posterior pars, nempe, illas esse Sacramentum. Quod inueniatur in eis omnia ad Sacramentum requisita, sicut in primis, nimirum, persone legitima, quae sunt debita materia remota: Expressiones consensus, quae sunt materia propinqua, & forma. Item, quia matrimonium legitimum in noua lege est Sacramentum, vt desinit Trident. sessio. 24. de matrimon. canone 1. At secundae, & vltiores nuptiae primis dissolutis initae, sunt legitimum matrimonium nouae legis. Ergo erunt Sacramentum.

3. Qualis autem: certitudo mortis prioris coniugis desideretur, vt liceat transire ad alias nuptias, dixi lib. 2. tota disputat. 42. Et an in dubio matrimonio posteriori inito liceat petere, & reddere. Dixi ibi disputat. 41. vsque ad 45.

4. Ad argumentum, 1. proposita respondetur. Ad primu, & secundu, dic in omnibus illis testimonijs non damnari secundas nuptias, quod illicitae sint, nec perse reprobari, sed per accidens ob nimiam concupiscentiam, & intemperantiam, ex quibus illarum repetitio proficitur: atque ob illam intemperantiam imponitur poenitentia. Ad tertium, dic eam irregularitatem in dicitur, non eò quod secundae nuptiae improbeantur, aut à vera Sacramenti ratione deficiant: sed quia non ita perfecte coniunctionem Christi cum Ecclesia representant. Denegatur etiam benedictio ob rationem num. 2. traditam. Ad quartum, dic non esse de essentia Sacramenti, vt perfecte significet unitatem vnici sponfi cum vnica sponfa, qualis reperitur in coniunctione Christi cum Ecclesia: sed vt coniunctionem illam significet. At accidens tantum est vnitas illius significatio. Ad vltimum fateor eas legibus ciuilibus odiosas fuisse: ac omnes se penae in odium secundarum nuptiarum inflatas, sunt iure Canonico correctae, tanquam contra bonos mores, & debitam matrimonij libertatem. Vt latius disput. 87. dicemus.

DISP. OCTOGESIMASECVNDA.

An secundis nuptijs benedictio imperianda sit: & quam poenam incurrat sacerdos benedicens?

SVMMARIVM.

Explicatur antiquitas benedictionum nuptiarum, & eorum conuenientia. num. 1. Benedictiones de a quo conferenda sint: & quam poenam incurrat sacerdos absq; proprio parochi licentia eas impertiens? nu. 2. An suspensio hac incurratur, quando sacerdos non benedicit alieno parochiano, sed dat licentiam benedicendi. Et qualis ignorancia excuset ab illa. Et an per hanc suspensionem Tridentini sublata sit excommunicatio contra regulares solemniter antes matrimonium? num. 3. An sufficiat parochus vtriusq; contrahentis? num. 4. Quis dicatur proprius parochus, vel ordinarius ad has benedictiones conferendas: & an privilegium huius concedatur aliquo circa hoc: & an licentia debeat esse specialis: & qualis parochus eam concedere valeat? Remissio num. 5. An sit peccatum omittere benedictiones: & an sint danda infidelibus coniugatis ad fidem conuersis? nu. 6. Quale damnum sequatur coniugis differendo benedictiones? Et an filius à patria potestate eximatur etiam quoad odiosa eis receptis? Et an nepos natus, aut conceptus ante susceptas a patre benedictiones, & ita si ipsa nondum emancipato nascatur, sit sub eius potestate? nu. 7. Quale peccatum sit, matrimonium ante benedictiones consummare? nu. 8. Quibus temporibus eas dari interdicitur: & an tempore interdicti, & cessationis à diuinis? num. 9. Quot sint questiones disputanda. num. 10. An astricto iure liceat secundis nuptijs benedictionem impertiri? Referuntur varia sententiae. nu. 11. 12. 13. 14. Proponitur sententia auctoris: & explicatur an mulieri corrupta sint benedictiones danda. num. 15. Explicatur quae sit ratio, cur secundis nuptijs denegetur benedictio. nu. 16. An corruerit Tridentini textus has benedictiones interdicens? nu. 17. An ut valeat consuetudo circa has benedictiones, & cetera sacramentalia, desideretur scientia Pontificis? Referuntur duplex sententia. nu. 18. 19.

Explicatur sententia Auctoris. num. 20. Quid habeat consuetudo circa secundarum nuptiarum benedictionem? Referuntur varia placita. nu. 21. 22. Proponitur sententia Auctoris. nu. 23. An stante consuetudine benedicendi secundis nuptijs, ea obliget? nu. 24. An quando primae nuptiae sunt irritae, sit secundis benedecendi? Referuntur quaedam sententiae. nu. 25. Proponitur sententia Auctoris. nu. 26. An sacerdos benedicens secundis nuptijs, in casu vtriusq; sit suspensus? nu. 27. An ea suspensio referretur Pontifici? num. 28. An ea suspensio sit, necessaria ferenda, tanquam eius delicti poena ordinaria? Referuntur sententiae affirmans. nu. 29.

Contraria Auctoris sententia. nu. 30.

Premittendum est, benedictiones nuptiales, & ritus in ipsis consuetos conuenientissimè ab Ecclesia adhiberi. Et de his benedictionibus extant testimonia Innocenti. I. epistola 2. c. 6. Sirij. Papae epistola. c. 4. D. Ambrosij epistola 70. ad Vigilium, & lib. 1. de Abraham c. vltimo. Tertuliani lib. 2. ad vxor. D. Ididori. l. 2. de officijs. c. 19. Concilij Constantinensis c. 4. Vicleph. Et tadem Tridentinum sess. 24. de mat. canone. 1. damnat anathemate eas improbatas. Quae quidem institutae sunt, tum propter sacramenti dignitatem etiam, quod matrimonium ordinè ad act. valde appetitui carnis cõsonos, ac proinde ad eos ritè peragendos maximè decuit benedictiones Ecclesiae pramitti.

Secundo prae mitto, benedictiones has à proprio contrahentium parochio impendendas esse, & à nullo alio, nisi de licentia ordinarij, vel parochi, non obstante quacunaq; consuetudine etiam in memorabili, vel privilegio. Quod si alienus parochus, vel quicumq; alius sacerdos, siue secularis, siue regularis, etiam si id sibi ex consuetudine immemorabili, vel privilegio licere contendat, alterius parochio sponfis sine parochi proprii, vel ordinarij licentia, benedictiones impertiri ausus fuerit, manet ipso iure tãdiu suspensus, quam diu ab ordinario eius parochi à quo benedictio suscipienda erat, ab soluat. Sic dicitur in Tridentino sess. 24. de mat. c. 1.

Vtrum autem suspensio hac incurrat,